

3073

LITURGICI.

3074

&c. Adhaerent aliae Lectiones et Responsorialia. Demum fol. 134. p. 2. *Incipit Orationale per totum anni circulum.* Oratio prima: *Excita domine potentiam tuam et veni* &c. Sed Orationum non nisi unicum Folium superest, quod eo magis dolendum, quo longius cum characterum forma, tum contentorum ratione Codex a sibi congeneribus abit. Ad *Benedictinam* Familiam pertinuisse, non ambigo; in *Anglia* vero scriptum non contendam, quamvis in Titulo thecae adfixo manu Sec. XV. legatur: *Psalterium in scriptura anglica.*

DCCCL.

393 Codex membraneus lat. Sec. XII. Folior. nunc 186. 4. perbene scriptus, rubricisque distinctus, sed temporum injuria non

parum afflictus, *Liturgicus* est et sequentibus constat Partibus. I. officio Chori, quod vulgo *Breviarium* dicimus, eoque primum *Dominicali* et *Feriali*, tum *Communi de Apostolis, Martyribus, Confessoribus, Virginibus, Dedicatone Ecclesiae* et pro *Defunctis.* Mutilus est a principio Codex, primaque verba e *Matutino Feriali II,* sunt: *tui. Et si quod est aliud mandatum in hoc uerbo instauratur* &c. *Invitatoria, Antiphonae, Responsorialia* et *Versus* notis musicis insigniuntur. *Psalmorum* tantum produntur initia, uti et *Hymnorum.* *Lectiones* admodum breves sunt, neque indicantur, unde sint depromptae. *Fol. 30. p. 2. medio pro Defunctis* Officio inserta est, nescio quomodo, *Sequentia de S. Benedicto,* quae incipit:

*Rex benedixit benedic et protege.
Laudantes tuum benedictum famulum.
Qui benedictus nomine et moribus.
Claruit signis quod est tui muneris.*

Et recensitis quibusdam ejus miraculis finit:

*Ad te tendebat ad te per te uenerat.
Nunc uidens tecum tui regni gaudium.
Nos tanti patris congaudentes gaudiis.
Psallimus odas. sit laus tibi trinitas amen.*

unde concludo, *Codicem* olim *Coenobio* cuidam *Benedictino* defervisse.

II. fol. 35. sequitur integrum *Psalterium.* Praeit *Icon* picturata *Servatoris* clavis 4. cruci adfixi adstante *Virgine* et *Johanne,* cui

pag. altera adpietus *David* singularis formae citharam, quam *Germanicam* vocat *Celf. Gerbertus T. II. de Cantu et Mus. s. Tab. 32.* pullans. Quatuor hujus latera cingit *Ἐισαγωγὴν* quaedam in *Psalmos* valde jam extrita, cujus initium:

N n 3

tium:

3075

C O D I C E S

3076

tium: *Aspiratio diuina. quæ euentus rerum uel per facta uel per dicta prenuntiat &c.* Inscriptio *Psalterii* miniata est: *Incipit liber ymnorum uel soliloquiorum de christo Regis David. C. L. Psalmorum Numerus.* Versio est Vulgata. Primus cuiusvis *Quinquagenae* Psalmus litera initiali praegrandi olim elegantissime coloribus variata gaudet. Quidam hinc inde *Psalmi glossa* cum in marginibus, tum inter lineas instructi sunt; quibusdam subiectae sunt *Orationes* ex illis, quas habes in *Opp. Georg. Cassandri, Paris. 1616. p. 423.* quidam ob fugientes jam literas calamo multo rudiore sunt rescripti. Solus *Psalmus* CI. qui tertiam *Quinquagenam* orditur, longiorem praefert titulum: *Oratio pauperis cum anxius fuerit et coram Domino effuderit precem suam, qui tamen vel hodie obtinet.* *Psalterio* adhaerent 1.^o *Cantica Biblica* per *Ferias* distributa, abrupta tamen in *Cantico Zachariae. 2.^{do}* *Fides Katholica*, seu *Symbolum* alias *Athanasio* tributum. 3.^{io} *Litaniae* OO. SS. plenae nominibus SS. in *Germania* coli solitis, puta *Narcissi, Emmerammi, Lamberti, Viti, Kiliani, Willibaldi, Uodalrici, Ruodberti, Wolfkangi, Corbiniani, Aerae* cum *Matre* et *Ancillis &c.* Super *Benedicti* nomine positus numerus II. indicare videtur, invocationem ejus repetendam, novo argumento, *Codicem* olim ad ejus *Filios* pertinuisse. *Orationes* post *Litaniae* dici solitae initiis tantum suis in margine adnotantur, succedentibus in

earum locum variis aliis in varios usus ad Deum *Coelitesque*, quas inter *fol. 136. p. 2.* memorari meretur *Formula Confessionis D. Petro Apostolo* faciendae, et subsequens ad eundem *Oratio*, quae incipit: *Sanctissime Petre Pastor et Nutritor meus &c.* unde rursus concludas, Autorem ejus in quodam *D. Petri Monasterio nutritum* fuisse. Alia ad *S. Benedictum* incipit: *Obsecro te beatissime Benedicte dilecte dei, intercede pro seruo tuo N. abbate et omni hac sancta tua congregatione &c.*

III. *fol. 140. Hymni per Circulum Anni Canendi.* Primum quidem *Dominicales* et *Feriales* Tempore *Hiemali* et *Aestuali*, dein canendi ab *Adventu Domini* per totum annum immixtis *Sanctorum Fests*, prout in *Calendario Eccl.* se excipiunt, demum *Sanctorum communes.* Hymnos hos habes in *Opp. Cassandri supracit. p. 177.* non tamen sine lectionis varietate. Frustra vero ibi quaeres sequentes, quorum dabo initia: *Fol. 149. De S. Johanne Evang. Sollemnis dies aduenit. quo uirgo celum petiit &c. Fol. 152. De S. Gregorio Papa. Summe Confessor facer et Sacerdos. temporum metas rota torquet anni &c. Pag. 2. De S. Benedicto duplex: Christe fili ihesu summi mentes nostras uisita &c. Et: Magno canentes annua nunc benedicto cantica &c. Fol. 153. De cathedra S. Petri. Ita titulus, sed Hymnus erasus, rescriptusque alter de *Cruce*, qui incipit: *Auctor salutis unicus mundi redemptor inclitus &c. Pag. 2.**

In

3077

LITURGICI

3078

In Septuagesima duplex. *Cantemus cuncti melodum nunc alleluia &c. Et: Alleluia piis edite laudibus Cives etherei psallite suaviter aevia (alleluia) perenne &c. Fol. 155. p. 2. Dominica IV. Quadrag. Hymnus idem, qui supra de Cathedrala S. Petri. Fol. 159. p. 2. In Pascha. Chorus noue Hierusalem nouam meli dulcedinem &c. Fol. 161. In ascensione. Astra polorum super ascendit &c. Fol. 163. In natali Joh. Bapt. *Almi Propete Progenies pia clarus parente nobilior patre &c. Fol. 165. De S. Udalrico. Mire Plasinator Seculi qui cuncta formans nibili &c. ibid. S. Willibaldi. Mare fons ostium atque terrarum deus &c. Pag. 2. In Nat. S. Jacobi Apost. Huius diei gloria det Christe mundo gaudia &c. Fol. 166. In eod. *Bella qui carnis noua pertulistis regis eterni stabiles amici &c. Fol. 167. p. 2. In Decollat. S. Joh. Bapt. Affertor equi non ope regia nec morte dura linquere tramitem &c. Ibid. In Nativ. S. Mariae. *O sancta mundi domina Regina celi inclita &c. Fol. 168. In ead. *Gaude uisceribus mater in intimis. Felix ecclesia quae sacra replicas &c. Pag. 2. In Nat. S. Mauritii et Socior. *Alma Christi quando fides mundo passim traditur &c. Fol. 170. In Nat. S. Galli. *Vita Sanctorum via spes salusque. Christe largitor probitatis atque &c. Pag. 2. In Festiv. Omnium Sanctorum. *Christe qui Uirtus Sator et vocaris. cuius ornatur pietate quidquid &c. Fol. 172. In Nat. S. Martini duplex. *Rex Christe Martini de-*********

*cus Hic laus tua tu illius &c. Et: Martine par Apostolis Festum colentes tu foue &c. Pag. 2. In Nat. S. Andreae. *Laus Angelorum inclita. Spes conditorum unica &c. Fol. 173. In Dedicat. Eccl. *Christe celorum habitator alme haec domus fulget sub honore cuius &c. Fol. 174. p. 2. De S. Apostolis. *Andrea pie Sanctorum mitissime obtine nostris erratibus ueniam &c. Fol. 177. p. 2. In Nat. unius Confessoris. *Hic est verus Christicola Apostolorum assecla &c. Possibile est, Hymnos hos Casfandro maximam partem visos, sed, quod elumbes et solutiores putaret, neglectos; sunt tamen inter eos, qui medicam manum benigne ferrent. Illud addo, non recte legisse Virum doctum in Prudentiano de Innocentibus Hymno p. 206. *Mox omnis infans occidat. Codex noster cum melioribus Editt. reponit: *Mas omnis &c.*******

IV. fol. 178. *Cantica in Dominicis diebus. Loca sunt e sacris Literis deprompta, nec pro Dominicis modo, sed pro praecipuis per annum Festis, quae, cur Cantica adpellentur, vel quis eorum in Liturgia usus fuerit, non inuenio. Canticum I. constat loco Ijaiae a v. 2. C. XXXIII. ad v. 11. Canticum II. a v. 13. ad v. 18. &c.*

DCCCLI.

Codex membraneus lat. Sec. 714
XIV. Folior. 68. 4. nigro rubroque varius est Ordo celebrandi
divi-